Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

II. Supplementa et additamenta ad Iohannis Simonis lexicon manuale hebraicum et chaldaicum

urn:nbn:de:bsz:31-263854

Visual Library

II.

Supplementa et Additamenta
ad
S. R.
IOHANNIS SIMONIS
Lexicon Manuale
Hebraicum et Chaldaicum.

Sub lit. א.

§. I.

Ad vocem אִבְחָה p. 6 radicem præmitti velim אָבַח arab. אַפַּח, וַפַּח et וַבַּח *feriit, percussit.* Multæ enim radices in hebraismo pro 1. rad. א habentes, in arabismo primam radicalem *vav* vel *jod* habent, cum א alternantem.

§. II.

Voci substantivæ אֶבֶן p. 7. præmittenda est radix אָבַן apud Arabes אַבַנַ *concrescendo induruit.* Hæc enim generationem lapidis naturalem describit.

§. III.

Nomini אֵבוּס p. 8. præmittenda erat radix אָבַס vel אָבַשׂ *collegit, acervavit,* vel אַבַס *inclusit,*

cluſit, ſubjecit ſibi, vel וַבֵּשׁ *ex diverſis generibus miſcuit*, e. g. *pabulum* ſeu farraginem, quod fieri ſolet in *præſepi*, cum pecudes ſaginantur. Inde אבוס *1. præſepe* Eſ. I, 3. Prov. XIV, 4. *2. locus ſalebroſus*, ut arabicum אָבָס ex radice media adducta, ſignificationem hanc ſibi vindicare videtur, Job XXXIX, 9. qui verſus verti poteſt: num *lenem facilem* ſe *præbebit ſuper locis ſalebroſis tuis*, i. e. ſuper agris tuis incultis et aſperis. Quem ſenſum ſuadere videntur, quæ ſequuntur com. 10. Inde etiam מאבוס *locus*, in quo varii generis fruges *colliguntur, includuntur, horreum* Eſ. L, 26.

§. IV.

Nominis אגרת p. 11. melius etymon vix dari cenſeo, quam quod ex æthiopico וַגַּר *narravit*, ſuppeditatur, pro אנגרת cum א auctivo in fronte vocis, nun ſchvato autem per dageſch forte compenſato. Alioquin cum arab. אגר in Conjugatione II. ſignificat *lateris formam dedit* cui, et אגאר Arabibus ſit *planum* quid, quale eſt *later*: putari poſſit אגרת et אגרא ſignificare *rem planantem*, ſeu *declarantem* et *explanantem* quid.

§. V.

Vocabula אר et אורה p. 20. illuſtrat radix arabica אאר *gravis, moleſtus fuit.* Cumque imprimis *fumus* oculos gravet et adfligat, et *titio* ejusmodi fumum edat, ratio aliquo modo patet, quam

quam ob rem nomen אוֹר *titionem fumantem* designet, uti diserte adpellatur Es. VII, 4. אֵד *vapor, fumo* similis. Gen. II, 6. et Job XXXVI, 27, ubi phrasis, *ut confluant* (guttæ aquæ) *in pluviam per vaporem suum*, reddi potest. אוּרָה *gravitas* rem ad aliquid compellens, *caussa impellens*, Gen. XXI, 11. ex arab. אִיר *durus, validus fuit* ad producendum effectum.

§. VI.

אָוָה p. 21. Apud Arabes אוי est *teneriore adfectu propensus fuit in quid*, vel *quem*. Vnde cognoscitur, quid hæc radix in hebraismo in Kal significet, licet ibi inusitato, et cur in *Piel* sit *desideravit*, in *Hithpael*, Num. XXXIV, 10. *præoptavit*. Hinc אִו pro אוה *ardens desiderium* cum *propensione* in rem conjunctum, significat, Prov. XXXI, 4. ubi אִו שֵׁכָר est *ardens desiderium potus inebriantis*, ex Conjug. *Kal*, אוה autem Deut. XII, 15. 20. 21. ex Conjug. *Piel*. אַי itaque in regimine אֵי *ubi?* innuit. Rem enim desideratam quærentes, quærunt nisi præsens sit, *ubi* loci sit? Gen. IV, 9. Jer. V, 7. Hinc מַאֲוַי *res desiderata* est, seu in quam desiderium fertur, et in qua occupatur, et quiescit Ps. CXL, 9: *desiderata improbi*, i. e. in quæ *desideria* improbi feruntur. תַּאֲוָה vero *adfectum* desiderii in subjecto desiderante declarat; metonymice *desiderabile* in quod desiderium ferri possit, Gen. III, 7. Hinc אִוִּי 1. vox est aliquid *desiderantis* e. g. leva-

men doloris 1 Sam. IV, 7. Jer. IV, 31. Thren. IV, 38. 2. vox *vindictam denuntiantis*, Jer. III, 11. Num. XXI, 29.

§. VII.

איל *Aries*, p. 24. cujus pars *anterior*, id est, *frons* crassior est, quam *ovis*. Hinc metaphorice de *anteriore* ædificii parte, inprimis *superliminari* usurpatur, quod ob *crassitiem* projectior et prominentior est postibus, quibus incumbit.

§. VIII.

P. 33. præmittenda erat voci אזקים radix inusitata אזק apud Arabes אַזַק *angustus fuit, pressit*. Vnde אזק *catena angustans* eaque vinctum *premens*, Jerem. XL, 1. 4.

§. IX.

אזר ibidem. Apud arabes radix אַזַר est *robustus evasit, firmitatem adquisivit*, in Conjug. II. est *cinxit, induitque corpus tegumento*. Quorum prior significatus *modum* roborandi corpus per cincturam innuit, posterior vero vocis אזור notionem declarat. Cæterum verba *ligandi* et *cingendi* in hebraismo notionem *confirmandi* habere observandum est. Quoties autem vox אזור in codice hebræo occurrit, accurate examinandum est, *cinguli* stricte dicti significationem, an *tegumenti* admittat. Sic Es. V, 27. *tegumenti* notionem admittit inferiores corporis partes cingentis.

§. X.

§. X.

P. 34. deest אָחָה radix inusitata, cujus notio suppeditatur arabico אَחِيَ *conjunctus, consociatus fuit, amicus fuit*, quacunque ratione, v. g. nativitate et sanguine, adfinitate, cognatione, animicum altero consensione. Inde אָח *frater*, conjunctus cum quo *nativitate*, Gen. XXXIII, 9. 2. *sanguine*, vel *cognatus* Gen. XIV, 14. XXIV, 27. Jud. IX, 1. 3. *quacunque ratione*, ut α) *societate* Nehem. IV, 13. β) *vicinitate* Ex. X, 23. adeoque vicinus γ) *munere* adeoque Collega 1 Chron. XXV, 7. δ) *animi consensione* i. e. amicus 2 Sam. I, 26. ε) *similitudine* Ezech. XVIII, 10. Job XXX, 29. ζ) *relatione* unius ad alterum Ex. XXV, 20. Jer. XXIII, 35. XXV, 26. Joel II, 8. Quod autem in plurali cum suffixo 1. pers. sing. et tert. pers. *Kamez* mutatur in *Segol*, id fit ad evitandum duorum *Kamez* concursum, euphoniam et facilem pronuntiationem turbaturum. Hinc אֲחִי 1 Sam. XX, 28. et אֲחִיו frequens est.

§. XI.

אָחָה p. 35. per motionem ab אָח formatur *soror*, licet in singulari inusitatum. Vnde pluralis forma אָחוֹת, constructe אַחְוֹת cui deinceps suffixa pluralis numeri nude adfiguntur loc. cit. Atque hic *pluralis* per enallagen numeri pro *singulari* frequentius occurrit, in quo *suffixa* adsumit eadem, quæ voci singulari adpendi solent. אֲחִיָּה *idem*. Per motionem ex אֲחִי formatur, in

ſingulari inuſitatum, ſed in plurali אֶחָיוֹת con-ſtructe אַחֲיוֹת frequentius loc. cit.

§. XII.

P. 36. אָחוּ *juncus*, *ſcirpus* Gen. XLI, 2. 18. Job VIII, 11. Videtur omnino hæc vox ad radicem אָחָה pertinere, ſed non ex notione *colligandi*, verum ex notione vel *feſtinandi* ex ar. וחי *feſtinavit*, quod in creſcendo *feſtinet*; vel *debilitandi* ex arab. וח *debilitavit*, *mollivit*, quod *mollis* et *debilis* ſit *naturæ*. Hæc notio enim *naturam* ejus exprimit melius, quam ea *colligandi*, quippe quæ pertinet ad accidens junci.

§. XIII.

P. 38. אָחַר apud arabes אַחַר etiam eſt *diſtulit*, *tardavit*, *retromanſit*, adeoque *poſterior fuit*, *procul abfuit*. Inde אָחוֹר *poſterior*, *us*, et אָחֵר *alius*, *alienus*, *a nobis abſens*, illud ex *Kal*, ſed אַחֵר ex *Piel*. Illud fœmin. format אֲחֵרָה, hoc אַחֶרֶת.

§. XIV.

אָמַה p. 55. radix inuſitata, apud arabes אמה *inito pacto addixit* ſe cui: quamquam apud eosdem eſt אַמַיָּ *ſerva facta eſt*. Verum ex priori melius deducitur nomen אמה pro אמהה, eliſo ה gutturali ante ה formativum, ad utriusque concurſum evitandum, *ancilla*, hero vel heræ inito pacto ad ancillandum addicta. Vnde ratio adparet, cur in plurali ה radicale in ſingulari eliſum recurrat, ut fiat אמהות conſtructe אמהות.

§. XV.

§. XV.

Voces תאנה et תאניה p. 66. ex radice תָּאַן infra occurrente, deducendæ sunt.

§. XVI.

אנקה p. 68. Quatenus *animal latibulum subiens* designat, omnino hujus vocis originem ex ענק arabico, *latibulum* subiit mus, deduco.

§. XVII.

אפף p. 73. Cum notione *dubitandi* notio *volvendi* connecti potest, cum qui dubitat et ambigit, ab uno consilio in aliud volvatur incertus, et inconstans. Hinc veteres fortunam sub specie fœminæ lapidi, seu saxo rotundo insistentem pinxerunt, ad ejus *mobilitatem* et *inconstantiam* designandam. Hinc אפן *rota* a *volubilitate*, i. e. inconstanti situ ac statu dicta 1 Reg. VII, 32. Prov. XX, 25: *et reducit super eos* orbitam, i. e. eos in rectam viam deducit.

§. XVIII.

ארח p. 78. Quodsi hæc vox *viatorem* significat, ponitur pro אֹרֵחַ. Significat autem talem Job XXXI, 32. quoniam ibi σύστοιχος est voci prioris hemistichii גֵּר.

§. XIX.

Post radicem ארר p. 83. apud Arabes quoque significantem *festinavit* in Conjug. VIII. repono אר *fluvius rapidissimus*, cujus undæ celeriter et

rapide feruntur, Amos VIII, 8: adeoque non puto, hac voce *eundem* fluvium intelligi. LXX. per ποταμὸν *fluvium* quemcunque reddunt.

§. XX.

אשן p. 85. Radix huius nominis esse potest אָסַן arab. אסנ in Conjug. III. *similis fuit* cui, unde אאסאנ *similis alteri existens*, spec. in Conjug. V. *imitatus est patrem*. Cum autem א punctatum sit *Chateph Segol*, illud pro accessorio seu prosthetico habeo, vocemque ex rad. שׁוּן derivo.

§. XXI.

אשׁף ibidem. Radix inusitata, significasse videtur, quod arabicum אَתَفَ *sectatus est*, vel סַפָא transp. radicalibus *agilis fuit*. Vnde אשׁף *sectator*, proprie alicujus Philosophi, vel *agiliter agens*, et *artem tractans*. Num. XXIII, 3. Referri etiam huic possit ar. סַפַה in Conjug. IV. *decepit quem*.

§. XXII.

אשׁף radix inusitata p. 68. præmittenda fuisset vocabulis אשפה et אשפת. Apud Arabes significat אזף *urgit ad excernendum*, unde עאזפה *excrementum*, urgens naturam ad excretionem. Inde 1. אשפה *fimetum*, *sterquilinium* 1 Sam. II, 8. In singulari videtur esse inusitatum. 2. אַשְׁפַּת In statu absoluto ה fœm. in ת transit, ut in עֶזְרַת pro עֶזְרָה, חֲלַאַת pro חֲלַאָה. Idem significat. in plur. Thren. IV, 5. occurrit, ubi retento ת ejusque præcedenti vocali *Kamez* terminationem fœmi-

fœmininam adsumit, ubi tamen *Kamez* in *Patach* mutatur, inserto in ת penultimum *Schva*.

§. XXIII.

Vox אשפר p. 86. potius referenda est ad radicem שפר. Apud Arabes سَفَرَ *enituit*, *aurora*, et *vultus* significat, adeoque de pulchritudine *rei* et *vultus* usurpatur, quantum in oculos incurrit: et cum splendentia et nitentia nos delectent, hinc *placendi* significationem quoque habet radix. Apud Hebræos vix bis occurrit Ps. XVI, 6. et Job XXVI, 13. quod ita verto: spiritus ejus *cœlum splendere fecit*. Ibi enim more arabico ב subjecto prædicationis præponitur, sicut etiam prædicato præmitti solet; Ps. XXXIII, 6. Videtur autem *dageſch forte* ex voce שפרה præter necessitatem omissum, ut in aliis literis dageschabilibus omissum observatur, v. g. שלחה Ezech. XVII, 17. XXXI, 4. Præter ea radix arabica زفر *vocem in guttur demisit*, ut eo fortiori nisu *emitteret*, et زفر *fistulavit*. Inde 1. שופר *fistula magna*, *tuba*, ex quacunque materia confecta, modo inflata sonum edat, ad cujus autem *inflationem* requiritur, ut ventus in pulmones *demissus* per illam protrudatur. Ex. XIX, 16. Jud. VII, 8. LXX. σάλπιγξ, *lituus*, *buccina*, quoniam aer in bucca collectus, cum vi in illud instrumentum detruditur. Arabes quidem voce שבאר utuntur, sed non quatenus *frangere* est, שבר Hebræis, alioquin scriberetur תבאר per ת raphatum, ex ar. תבר *fugit*. Iis omnino est vox exotica. 2. שפר *splendor*, *nitor*,

tor, inde Gen. XLIX, 21. אמרי שפר *dicta nitoris*, i. e. clara coll. Matth. IV, 15. 16. 3. שפיר *nitidus*, *splendidus*, *viridis*, *frondosus*, de arboris densitate ramorum Dan. IV, 9. 18. LXX. ὡραῖα Φύλλα *spectabilia folia* reddunt. 4. שפריר vox ἅπαξ λεγομένη. Jer. XLIII, 10. occurrens varie reddita est, a veteribus. LXX. verterant καὶ ἀρεῖ τὰ ὅπλα αὐτῆς *et tollet arma sua* super eos, quasi pro נטה legissent נסה. Respexerunt ad veterum consuetudinem, qui *clypeos*, *pharetras*, et reliqua arma poliebant et urgebant in expeditionem profecturi, uti CURTIUS arma *Darii* ejusque ducum et militum descripsit L. III. c. 11. Cum autem lectio נטה *extendit*, non נסה habeat, tentorium hac voce designari, recte arbitrantur recentiores, quamquam *Vulgatus* per *thronum* sive *solium* transfert. Palma deferenda est *Chaldæo*, qui habet אפרנו *solium* suum, nos addimus superne *tectum*. Apud Arabes dictante *Golio* p. 1180. ex *Gieuhari* est *corium rotundum* quod insternitur rei, e. g. *tentorio*, ex פְּרַשׂ transpositis radicalibus, *extendit*, *expandit*. Videtur ergo *tentorium* longe lateque *tectum* et *extensum* designare. In oriente enim tentoria solebant, non tantum aulæis, sed et *pellibus* et *corio* tegi, ut ex descriptione tentorii sacri Ex. XXV. patet. 5. שפרפרא *aurora enitens*, *illucescens* Dan. VI, 20. sicut græcis dicitur ἠὼς *aurora*, ab ἄυω *splendeo*, et tandem 6. nostrum אשפר *spectabile*, *nitidum*. Idem videtur designare quod 1 Sam. I, 5. vocatur מנת אפים *portio spectabilis*.

Ad

Sub lit. ב.

§. XXIV.

בּאר p. 97. Arabibus בּאר est *effodit fossam*, apud Hebræos etiam metaphorice est *declaravit, eruit sensum, explicuit*, quod cum fiat frequenti et intenso studio, in *Piel* hunc significatum tuetur, Deut. I, 5. et sicut apud Latinos *exarare, incidere*, idem est quod scribere, sic apud Hebræos בּאר in *Piel* idem significat Deut. XXVII, 8. Hab. II, 2. Hinc בּאר *puteus effossus, cisterna*, excipiendis aquis parata Gen. XXI, 30. et בּאר vel בּור *puteus, fovea*, et *carcer* ex terra effossus, *subterraneus*, ut ex locis in Lexico citatis patet.

§. XXV.

P. 98. בּגד Apud Arabes בָּגַד etiam tegendi notione gaudere ex eo cognoscitur, quod ex eo formatur בּגאר *tapetium*. Cumque *fraudes* tecte soleant et clam patrari, significat radix Hebræis, *perfidus fuit*. Hinc 1) בּגד a. *tegumentum, velum*, quo quid tegitur generatim, speciatim *vestis, pallium* b. *perfidia tecte* patrata Es. XXIV, 16. 2) בּגדה idem, quod præced. sub b. vel ingens *perfidia* semper *perfide agens*, quod ostendit forma participii *benoni* in *Kal*, quod substantive positum notionem *aoristi* exprimere videtur, id est, *actum continuum* nec *desinentem* Zeph. III, 4. 3) בְּגוֹדָה *perfidia* habitualis, ex forma Conjug. III. quoniam *Kamez* sub prima radicali immu-

immutabile est. Sed Jerem. III, 7. 10. *concrete* sumitur per metonymiam, significatque *habitualiter perfide agens*, pro מְבָגֹדָה מְבָגוֹר, מ præformante per aphæresin ablato.

§. XXVI.

P. 99. בָּגָה Apud Arabes بَغَا speciatim est *adulterium commisit* uxor, in Conjug. IV. inde בגוי *Adulter* Hab. I, 5. Notionem adulteri autem huc quadrare ex eo manifestum est, quod vates ecclesiam judaicam sæpe sub imagine *adulteri*, vel *adulteræ*, vel *scorti*, et *meretricis* proponere solent, quod eorum, et earum indoles est, ut legitimum conjugem spernant, et alieno adhæreant. Hinc Act. XIII, 43. hoc vocabulum in plurali usurpatum per προσφεύγοντας redditur a LXX. viris. Est vox mixtæ formæ ex *Piel* et *Kal*, illud ob sec. rad. geminatam, hoc ob *terminationem*, quam puto ex participio *Paul* formatam, vel desumtam esse pro בֹּגֵד.

§. XXVII.

בָּדָא p. 100. ex *Piel* 1. *mendax*, in falsis fingendis occupatus Es. XLIV, 25. Jerem. L, 36. Hos. XI, 6. *concrete*, 2. *mendacium*, abstracte Es. XVI, 6. Jer. XLVIII, 30. Job XI, 3. א autem tertiam radicalem prodit, in plurali ut otiosum omittitur.

§. XXVIII.

בָּדַר p. 102. Apud Arabes بدر *sparsit*, *dissemina-*

minavit, etiam *ventilando*. In Chald. occurrit imperativus in *Pael* Dan. IV, 11.

§. XXIX.

P. 104. voci בהן præmittatur radix inusitata בָּהַן quæ idem significasse videtur quod arabibus est באנ *distitit*, *separatus fuit*; unde בֹּהֶן *pollex*, a *distando* a reliquis digitis, sive *manus*, sive *pedis* Exod. XXIX, 20. Lev. VIII, 23. XIV, 14.

§. XXX.

P. 105. voci בחק præmittenda est radix inusitata בָּהַק, cujus notionem servat arabicum وَهَجَ *splenduit*, et *arsit ignis*. Vnde בהק *pustula*, primum ardens, deinde in *candidam* et *splendidam* degenerans, Lev. XIII, 39.

§. XXXI.

Ibidem vocabulum בָּהִיר derivandum est a radice inusitata בָּהַר, apud arabes بَهَرَ *vicit* aliqua perfectione, *admodum luxit*, *præcelluit splendore*, et apud æthiopes בָּהַר idem significans. Inde 1. בָּהִיר *lucidus*, *splendidus* maxime Job XXXVII, 21. 2. בַּהֶרֶת *pustula splendens*, *lucida* maxime Lev. XIII, 2. 4. 19. 23. Ex Conjug. *Piel* formatum in plurali בְּהָרוֹת ubi ob concursum duorum *Kamez* evitandum, prius sub ב prima radicali ponendum in *Segol* abit, posteriore sub ה manente. In singulari enim Dagesch forte Conj. *Piel* in secunda radicali compensandum erat, vocali longa *Kamez* eoque eam ob caussam immutabili,

tabili, sed pro eo *Patach* ponitur vices illius gerens, et pluralis formandus erat בְּהָרוֹת, duobus Kamez ἀμέσως concurrentibus, quorum autem concursus, κακοφωνίαν pariens, priori in *Segol* mutato, evitatur.

§. XXXII.

בּוֹא ibid. Arabica radix בַּאַ non tantum est *venit, congressus est cum muliere*, sed etiam *reversus est*, et transitive *reportavit, confessus est*, in Conjug. II. *venit* in locum *diversandi caussa: diversorium paravit;* quæ notiones forte in frequenti hujus radicis usu passim adplicari possunt. בּוֹא autem p. 108. forma infinitivi *Kal*, nominis actualis vicem sustinens, significat vel *adventum*, vel *introitum, ingressum* locis a celeberr. *Auct.* in *Lexico* citatis. בִּיאָה forma infinitivi *Hiphil*, decurtati abjecto ה characteristico, pro הֲבִיאָה *locus intrandi*, vel *intromissionis* Ezech. VIII, 5. מָבוֹא *locus*, per quem *intratur* generatim Jud. I, 24. 25. speciatim *locus occasus* solis Deut. XI, 30. Ps. L, 1. Mal. I, 11. מוּבָא forma ex Conjug. *Hophal* orta, significare videtur locum *intromissionis* passive intellectæ. Ezech. XLIII, 11. תְּבוּאָה *res* ex aliqua re, speciatim ex *terra veniens* et *ventura*, ex forma futuri *Kal* 3. pers. fœm. gen. תָּבוֹא vel תָּבוּא adscit a terminatione fœm. תְּ, ubi *Kamez* sub præf. ת perit, tono in ultimam migrante Lev. XXIII, 39. XXV, 22; distinguitur ab עָבוּר *proventum* anni *præteriti* significante Jos. V, 11.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

P. 109. Radicem בוּם *elationis* et *excelsi* notionem habere, non tantum germanicum **bäumen, aufbäumen,** et persicum בַּאם *supremum* rei, et græca βωμὸς, et βῆμα, sed et syriacum בִּימָא *tribunal* in *altum elatum*, et arabicum בּוּמָה *bubo*, *ulcus turgens* et *tumidum* ostendunt. Addo בִּים *elephantem*, animal *alti* et *excelsi* corporis, quod in voce composita שִׁנְהַבִּים pro שֵׁן־הַבִּים 1 Reg. X, 22. legitur. Hinc supereſt בָּמָה *excelsum quid*, *elatum* quid, metonymice *delubrum* in excelso loco exstructum. Priori notione occurrit Deut. XXXII, 13. XXXIII, 29. posteriori 1 Sam. IX, 14. 19. 1 Reg. III, 4.

§. XXXIV.

P. 116. בָּזַז Apud Arabes בَزَ est non tantum antecedenter *rapuit*, sed et raptum *asportavit*, quod rapta quoque asportari soleant; græce συλαγωγέω. Inde בַּז *præda rapta* et *asportanda*, vel *asportata*. Num. XIV, 3. 31. Es. X, 6. Quod autem Ezech. XXV, 7. *Ctif* habet בַּג, ibi non cum Masorethis statuendum videtur, ג pro ז ob figuræ similitudinem esse positum, cum illa nullam harum litterarum alternationem producat, sed ad eam *soni* similitudo requiratur. Igitur vocem בַּג potius deducimus ex inusitata radice בָּגַג apud arabes בَجَّ *disrupit*, ut בַּג significet *disruptionem*. Deus enim *Rabbæ*, Ammonitarum metropoli munitæ idem exitium, quod Hierosolymis evenerat,

rat, interminatur, in ejus murorum ac propugnaculorum disruptione ponendum v. 5. בּוּז actus *rapiendi* est, *raptus*, Dan. XI, 33. Esr. IX, 7. item metonymice *raptum, rapina, præda, ablata* vel *auferenda* Esth. IX, 10. 15. 16.

§. XXXV.

בָּחַר p. 118. Parva est differentia litterarum radicalium, et soni inter hanc et in Lexico præcedentem radicem; modo observetur, 3. radicalem *Nun* cum *Resch*, tanquam lingualem cum dentali permutari. Hinc mirum non est, utriusque eandem esse *probandi* et probatum *eligendi* notionem. In *Symbol.* nostris ad *Systema Philol. Hebr.* P. I. p. 57. jam observavimus apud Arabes radicem בָּחַר in Conjug. V. significare *alte demergi in scientiæ partes, doctrinam ostendit;* quæ significationes *probandi* notionem, qua hebraica radix pollet, a *modo* illustrant, in adcurato et exquisito examine rei probandæ posito. בָּחַר ergo est, ita *explorare* aliquid, ut in ejus partes distinctas *penetretur* mentis judicio, et inde probatio rei proveniat. Hinc Eccles. IX, 4. το *Ctif* recte defenditur, si sensus ita formetur: *nam quicunque alte penetrat se in omnes viventes*, eosque singulos explorat, invenit esse *confidentiam* seu *securitatem*. Additur: nam *cani vivo hoc melius est, quam leoni mortuo.*

§. XXXVI.

בָּלָה p. 124. a radice inusitata בָּלַהּ apud Arabes בَلَحَ *socors, incurius fuit*, et בָּלַהּ *mente turbatus*, differt, quatenus hæc habet tertiam radicalem ה per *Mappik*, mobilem, illa autem quiescentem. Apud Arabes autem *atterendi* et *consumendi* notione in radice בָּלָא est, *duro modo tractavit, adflixit*, quid. Res enim ita tractata *atteritur*, et multo usu *consumitur*. Metaphorice significat *deficere viribus*, uti sumitur Ps. XXXII, 3. Gen. XVIII, 12. Ad vocem בְּלִי p. 125. addatur, eam *doni* significatum habere locis citat. posse, sensu verborum illum quoque admittente. תִּבְלִית *consumtio sui, attritio* sui est Es. X, 25. בְּלִי vero *consumtum, attritum* quid, *res absens* ab altera, *cui adhæserat*, quasi usu *detritum*. בְּלִיעַל *destitutus* facultate *utilitatem adferendi, nullius utilitatis, damnum inferens*, λοιμὸς, *pestis*, Ps. XVIII, 5. ubi videtur *cacodæmonem* designare, quia cum *morte* in eadem classe ponitur. Sic בְּנֵי בְלִיעַל Deut. XIII, 14. sunt *homines noxii*.

§. XXXVII.

P. 126. בָּלַל. Hæc radix ejusmodi *confusionem*, et *mixtionem* rerum significare videtur, qua res diversi generis inter se *separatæ* conspiciuntur, licet *permixtæ*. Sic cum deus Gen. XI. *linguas* confunderet, ita inter se *permixtæ* erant illæ, ut separari etiam in diversas gentes viderentur. Ita

pabulum mixtum בְּלִיל dicitur, quod ex diversi generis rebus constat, quæ facile visu *dignoscuntur*, ac separatæ videntur. Sic *humor* ac *mador* a re *humida* et *madida*, qua cum commistus est, *separatur* exprimendo.

§. XXXVIII.

P. 127. בָּלַס Apud Arabes בَلَسَ in Conj. III. est *depastus fuit grex*, in Conjug. I. *parum habuit*, *inops fuit*, ut aliud arabicum فَلَسَ *inops fuit*. Hinc Amos VII, 14. בּוֹלֵס שִׁקְמִים verti potest: *depascens sycomoros*, vel *inops sycomoris*. LXX. κνίζων συκάμενα, *carpens moros*.

§. XXXIX.

P. 128. בָּנָה *struendi* et *exstruendi*, ut et *condendi* significatus, latioris sunt extensionis, quam ille *ædificandi*, et tamen radix hebræa omnes illos sibi vindicat pro diversa rei substratæ conditione. Significatus autem *condendi* et *creandi* propterea observandus est etiam ex arabismo, quod nomen בֵּן etiam *rem creatam* designare potest, ut ex loco Job XXXVIII, 7. probari potest, sive per בְּנֵי אֱלֹהִים intelligas *angelos*, sive generatim *omnia dei opera*. Loco enim citato σύσοιχοι sunt τοῖς כּוֹכְבֵי בֹקֶר *stellis primum splendere incipientibus*: quæ quemadmodum ad *grandia* dei *opera* in mundo producta referuntur, ita negari non potest, per בְּנֵי אֱלֹהִים generatim *opera* dei stellis similia, e. g. *cometas* varii generis, stellarum admirandas *congeries*, earumque *fixos* ac *vagos*

vagos ſitus, motus, viciſſitudines, vel ſpeciatim inadſpectabiles angelos per adcommodationem intelligi: quamquam generalem illum ſignificatum huic ſpeciali longe præferam, quod deus loqui de operibus ſuis ſpectabilibus et viſui objectis videatur.

§. XL.

P. 132. בָּעֵר formæ *ſegolatorum* pro בְּעֵר Cant. IV, 1. 3. VI, 7. atque hæc forma videtur locum habere, ſi ſuffixa illi adpenduntur, ut Gen. VII, 6. 2 Reg. IV, 5. Eſ. XXVI, 20. Gen. XX, 7; quando autem cum ſequente nomine ſubſtantivo conſtruitur, formam ſtatus conſtructi ex præcedentis abſoluti forma בָּעֵר adſumit, ut Jud. III, 22. 2 Reg. IV, 4. Quando autem cum verbo *precandi* conſtruitur, et per *pro* latinum reddendum eſt, ב eſſe poteſt præfixum, nomen autem עֵר ſignificare poteſt *transgreſſionem*, ut Gen. XX, 7. Exod. XXXII, 30. 1 Sam. VII, 9. Exod. VIII, 24.

§. XLI.

P. 140. בָּקָר Hanc radicem quin illuſtret ex parte arabicum בכר *diluculo fecit quid*, nemo dubitat. Hinc בֹּקֶר *diluculum*. בָּקָר autem diſtributive *bos* eſt utriusque ſexus, collective *agmen boum, grex armenti* 2. *abundantia, opes.* 3. *exitium, pernicies*, ab arab. בקר, ut ad radicem in *ſymbol.* noſtris ad *ſyſtema philol. Hebr.* P. II. obſervavimus. בּוֹקֵר *paſtorem armentarium* ſignificat, ut arab. באקר *gregem boum*, ſynecdochice *paſtorem* ipſum. Amos VII, 14. Negari enim

non potest, v. 15. sequente, vocem צאן de *pecude quavis* intelligi, licet alioquin de *ovibus* et *capris* capi soleat, ut Gen. IV, 2. ubi רעה צאן *pastorem pecudis* generatim designare videtur, quoniam illi contradistinguitur עבד אדמה *agricola*.

§. XLII.

P. 143. ברית. Apud Arabes בראה est *diploma regium*, quo alicui immunitas, aut privilegium alicujus rei *conceditur*, sub radice בָּרָא *secuit*. In omni *fœdere* autem continetur mutua *promissio*, certis *præceptis* observandis præstanda; hinc בְּרִית *fœdus*, seu *pactum* designat, quo *caput* fœderis alteri ipsi, vel æquali, vel inferiori aliquid boni *promittit* sub ea *lege*, ut *præceptum* aliquod observet: alter autem promissum acceptat, seque ad *præceptum* observandum mutua promissione obligat. Hinc in sacris pandectis hæc vox sumitur de *promissione* Num. XVIII, 19. 2 Sam. XXIII, 5. de *præcepto* etiam Jerem. XXXIV, 15.

§. XLIII.

Voci בְּרֹם p. 146. præmittenda est radix inusitata בָּרַם cujus significatum præbet arabicum בَرَمَ *in particulas concidit;* unde בְּרֹם vox chald. *verum*, adversative quasi *concisio* præcedentis orationis. l. cit.

§. XLIV.

P. 148. בְּרוֹשׁ descendit a radice inusitata בָּרַשׁ arab. بَرَسَ *durus fuit*. Inde בְּרוֹשׁ generatim

lignum

lignum durum, speciatim vel *cedri* vel *cupressi* species, vel *fraxinus*, ex qua hastæ confici potuerunt. Nah. II, 4. græcis μελία, ab ar. מְלָא *in longum tempus duravit*, quod de lignis duris et compactis dici potest. Hos. XIV, 9. dicitur ברוש רענן *fraxinus, viridis, frondosa, foliosa*, pabulum præbens apibus ad μέλι, sicut HESYCHIVS auctor est, esse γένος δένδρου, ὅθεν τὰ μέλιτα. A LXX. varie redditur, ut Es. XXXVII, 24. per κυπάρισσος, *cupressus*; 1 Reg. VIII, 5. 10. per πεύκος, *pinus, larix*, cujus succus *amarus* est, adeoque a vermium *infestatione*, et *corrosione* immunis, quod ad diuturnitatem ligni multum confert. Idem vero est בְּרוֹת formæ chaldaicæ. Nam Cant. I, 17. LXX. est κυπάρισσος, *cupressus*, species *cedri durissimæ* potius.

§. XLV.

P. 150. בָּשַׂם radix inusitata; apud Syros et Chaldæos בְּהַם *gratus*, et *suavis fuit*. Vnde duplex forma, una בֹּשֶׂם *kamezata*, *aroma*, *balsamum*, unde בְּשָׂמִי Cant. V, 1. altera בֶּשֶׂם *segolata*, idem Exod. XXX, 23. et בֹּשֶׂם Exod. XXXV, 28. Es. III, 24.

§. XLVI.

P. 151. בָּשַׁשׁ *tardatus, cunctatus est*. Part. præs. בשש *cunctans, morans*. Apud Arabes בסס est *leniter propulit*, vel *fecit quid*. Qui autem *lente* quid facit, *cunctari* censetur.

Sub lit. ג.

§. XLVII.

P. 161. גָּדַד Hæc radix voci גְּדִי præmittenda est in Hebraismo extra usum; ejus autem notionem non ex arabico גَدَأَ *avulsit* deduco, sed ex arabico عَدَا vel عَدِيَ *nutrivit, aluit*, unde Arabibus عَدِيٌّ *gadi fœtus ovis*, vel *capræ* est, quod hebraice est גְּדִי Gen. XXXVIII, 17. 20. 23. Exod. XXIII, 19. per motionem גְּדָיָה significat *capram*, sicut illud *caprum*. Quatenus autem גְּדָה *ripa*, ab eo derivatur, refero huc arabicum عَرَا *abrupit* fluxum, quia ripa *rumpit* fluxum fluvii, גאר transpos. secunda et tertia radicalibus, *copiose rigavit*, quia ripa copiose humore aquæ rigatur.

§. XLVIII.

P. 164. גָּדַף Apud Arabes radix جَدَبَ est *vi superavit*, جَدَفَ autem *amputavit*, in Conjug. II. *parvi æstimavit beneficia divina in se collata*, ut hebr. גָּדַף, apud Aethiopes autem גַּדַּפ est *abjecit*, ut *contemtum* quid, ob *vitium* vel *mendum quoddam*. Vnde radicis nostræ fœcundior significatio adparet. Hinc גְּדוּפָה *vitii incusatio, exprobratio* Es. XLIII, 28. LI, 7. et גְּדוּפָה idem, Ezech. V, 15.

§. XLIX.

P. 182. גָּמַם Radix inusitata, cujus significationem pandit arabicum vel جَمَّ *multus fuit*, *abun-*

abundavit, *plenus* et *completus fuit*, *valde appetiit rem;* vel קָמַם *avide devoravit*, vel עָמַם *anxit fervore.* Vnde 1. גַּם proprie *additio* ad rem ut *multa* fiat, vel *compleatur*, quod in oratione fit, quando per particulam copulativam, *et*, *etiam*, *quoque*, plura ad rem, de qua dicitur, adduntur, ut ea fiat plenior. Interdum verti poteſt repetitum per *tamquam*, habetque vim *ἀυξήσεως*, et *ἐπανορθώσεως*. Cæterum ſubſtantive ſumitur Prov. XIX, 21. cujus ſenſum ita formo: *abundantia*, *multitudo*, *copia ſine cognitione animæ non eſt bona;* ubi per *cognitionem animæ*, intelligo *prudentiam* ſtilo metrico ita adpellatam. 2. מְגֻמָּה *vehemens* et *anxia adpetitio*, in rem adpetitam lata ac tendens, quaſi accenſa *euro*. Hab. 1, 9. quod verti poteſt: *vehemens adpetitio eorum*, vel *antrorſum*, vel *euro accenſa*, i. e. *fervida* erit.